

www.e-rara.ch

Catecheses extemporaneae in quinque capita doctrinae christianae

Geiger, Mauritius

Typis Monasterij S. Galli, 1722

Stiftsbibliothek St. Gallen

Shelf Mark: SGST 13160

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-102646>

Catechesis XIII. De effectibus sacramenti confessionis.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



CATECHESIS XIII.

De Effectibus Sacramenti

Confessionis. Item quomodo, quoties,
& quando Confitendum.

SUMMA QUÆSTIONUM.

1. Quinam sunt effectus seu fructus Sacramenti Pœnitentiæ?
2. Quisnam ampliores ex illo consequitur fructus?
3. Quomodo confitendum?
4. Quoties & quando confitendū ex obligatione?
5. Quoties ex devotione?

MISCELLANEA.

Vnde Confessus scire potest se gratiæ restitutum?
Quid si quis omninò confiteri non possit?

Q. I.
Quinam
sunt effe-
ctus Pœ-
nitentiæ?

Quæstio Prima: Quinam sunt effectus,
seu fructus Sacramenti Pœnitentiæ?

R. 1. Remittuntur peccata, & peccatorum
pœnæ. 2. Recuperatur gratia Dei, & anima
fit grata Deo. 3. Confertur gratia præveniens
& auxilia specialia ad vitanda posthac peccata.
4. Restaurantur merita, quæ per peccatum fue-
runt amissa.

1. Remis-
sio pec-
cato-
rum, &c.

De primo igitur Matth. 18. v. 18. Quæ-
cūque solveritis, &c. Et Ezech. 18. v. 21. Si
im-

impius egerit Pœnitentiam, & fecerit iustitiam, vitâ viver, &c. Atque ideo, ut suprà dixi, altera post naufragium appellatur tabula à S. Hier. Ep. ad Pammach. Pœnæ verò temporales remittuntur vel ex toto vel ex parte juxta devotionem pœnitentis.

De secundo firmiter tenendum, quòd Spiritus Sanctus in ipso absolutionis terminatæ momento gratiam sanctificantem, & cum illa dona sua omnia in pœnitentem effundat, uti suprà de Baptismo dixi. Quo fit ut eodem momento peccator adoptetur rursus in Filium Dei, in hæredem & specialem providentiam Dei, &c.

2. Recuperatio gratiæ Dei.

De tertio sciendum, quòd hujus Sacramenti virtute dentur gratiæ speciales ad fugam peccatorum, ad resistendum diabolo, & quibuscunque tentationibus ad relapsum perurgentibus.

3. Gratia præveniens.

De quarto denique hæc doctrina est, quòd quidem opera quæcunque bona in statu peccati mortalis facta vocentur mortua, & nunquam fiant viva & meritoria gratiæ; opera verò bona ante peccatum facta, & per peccatum mortificata, reviviscant virtute pœnitentiæ. Pater ex Ezech. 33. v. 12. Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conversus fuerit ab

4. Restitutio meritorum.

impietate sua. Et Heb. 6. v. 10. Non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, quando ministrastis sanctis. Vide Th. Sanct. Gall. q. 7. dub. 4.

Vnde Sed unde confessus moraliter certo
confessus scire potest, se gratiæ restitutum?

scire potest se gratiæ restitutum? Dico 1. si prudenter existimare possit, se fecisse, quod in se est.

2. Dum à confessione internum per-
sentiscit gaudium, & quasi à gravi onere
alleviationem.

3. Dum odium peccati in se sentit. Vi-
de hist. de S. Raymundo apud March. tr. 5. lect. 11.

Q. II. Quisnam ampliores
ampliores effectus? Quæstio Secunda: Quisnam ampliores
ex hoc Sacramento consequitur effectus?

R. Qui actus seu capita ad poenitentiam re-
quisita perfectissime compleverit.

Nempe qui ferventissimam adhibuerit
contritionem, sincerissimam confessio-
nem, & humillimam satisfactionem. Vi-
de dicta de Sacramentis in genere.

Q. III. Quomodo confi-
do confi- dum? Quæstio Tertia: Quomodo ergo confiten-
endum?

R. Prædicti actus seu capita quàm perfectissi-
mè sunt complendi 1. Instantissime imploranda
Spiritus S. gratia. 2. Serio examinanda con-
scientia. 3. Purissima, & de intimo corde ex-
citanda contritio. 4. Sincerissima confessio.
5. Humillima satisfactio.

De quibus actum catechesi præcedenti.

Quæ-

Quæstio Quarta: Quoties & quando confitendum ex obligatione?

Q. IV.
Quoties
& quan-
do confi-
tendum?

R. Omnes fideles, qui ad annos discretionis pervenerunt, obligantur saltem semel quovis anno confiteri; deinde in articulo mortis.

Fideles, inquam, qui ad eum usum rationis pervenerunt, ut nōrint, quid sit peccatum; & qui post Baptismum peccaverunt.

Primò igitur ex præcepto Ecclesiastico universali omnis habens materiam necessariam semel in anno tenetur confiteri, ita communis; & est obligatio mortalis.

1. Omnes
saltem se-
mel in
anno.

Can. omnis utriusque sexus. de pœnitentijs & remissionibus.

Juxta probabiliorem computatur annus à Paschate usque ad Pascha, estque praxis Ecclesiastica; punit enim Ecclesia eos, quos intelligit à Paschate usque ad Pascha non esse confessos, uti statuitur *cit. can. omnis, &c.* Satisfit etiam per se huic præcepto, quocunque die intra prædictum annum, sive in medio, sive in fine confessio fiat. Consuetudo ramen modò obtinuit, ut fideles tempore Paschatis soleant confiteri, tum quia eo tempore Eucharistia sumenda est, tum quia decet, ut eo potissimum tempore deponantur peccata, quo Christus pro ijs passus est; tum quia majorem concipit peccatorum fiduciam, & contritionem, calente & quasi

quasi recenter effuso Christi sanguine, &c. Et quamvis hæc consuetudo confitendi in Paschate vim legis non obtineat, adeoque sub mortali non obligat, meritò tamen contra venientes puniuntur etiam à Magistratu sæculari, ob allatas rationes. Probabile quoque est, posse Ecclesiam absolutè præcipere, ut fideles omnes semel in anno confiteantur, etsi solùm venialia habeant. Saltem cogi posse, ut se sistant Parocho, eique hoc ipsum indicent, docet Suarez. Vide *Th. Sanct. Gall. q. 4. dub. 6. not. & 9.*

2. In articulo mortis.

Secundò obligatur ex præcepto Divino confiteri in articulo mortis, vel periculo, quale est naufragium, instans pugna gravis in bello, singularis difficultas partus. Ratio, quia nisi tunc præceptum confessionis impleas, deinceps adimplere non poteris, vel certè periculo non adimplendi te exponis. Hinc culpabiliter tunc omittens Confessionem speciale committit peccatum mortale, quia præceptum Christi de confitendo non observavit. Hinc etiam ne ægrotantes præceptum istud facile transgredierentur, specialiter præceptum est Medicis. *c. cum infirmitas de pœnit. & remiss.* Ut ad ægrotos vocati principio statim morbi gravis moneant illos de facienda confessione.

Sed

Sed si quis confiteri non possit. v. g. pos-
 situs in sylva, & devorandus à lupo? aut
 aquis absorbendus?

Si quis
 confiteri
 non pos-
 sit?

Dico teneri ad votum saltem implici-
 tum confessionis, quod in contritione
 continetur, ad quam absolute tunc obli-
 gatur; verè enim contritus ita affectus est,
 ut paratus sit præstare omnia, quæ Deus
 hoc vel illo tempore ad remissionem pec-
 cati præcipit, ut in novo testamento præ-
 cipit Sacramenti pœnitentiæ susceptio-
 nem. Igitur à lupo devorandus, aut no-
 ctu subito moriens, si prius eliquerint
 contritionem, salvantur, etsi de confes-
 sione nil cogitarint, vi voti impliciti in
 contritione; quod si verò iisdem inciderit
 necessariam sibi tunc esse confessionem,
 dico obligari ad votum explicitem Con-
 fessionis datâ occasione perficiendæ.

Sed num præceptum Divinum aliquan-
 do etiam extra mortis articulum obligat ad
 Confessionem?

Dico, Christum non determinasse ul-
 lum tempus extra mortis articulum, quo
 obligaremur confiteri, sed id reliquisse
 Ecclesiæ, ut ea illud determinaret, quod
 ubi Ecclesia fecerit, injici nobis Con-
 fessionis præceptum, quod secundum sub-
 stantiam sit juris Divini, quoad determi-
 nationem verò juris Ecclesiastici &c. *Ibid.*

An etiam
 extra
 mortis
 artic.
 confiten-
 dum?

Ter-

9. Ante
suscepti-
onem Sa-
cramen-
torum.

Tertiò obligatur ante susceptionem Sacramentorum, si quis in statu sit peccati mortalis: sancta enim sanctè tractanda sunt: dantur tamen quidam casus, quibus absque Confessione solâ [præmissâ] contritione suscipere licet Sacramenta, de quibus vide Theologos.

Q. V.
Quoties
confiten-
dum ex
devotio-
ne?

Quæstio Quinta: *Quoties confitendum ex devotione?*

R. Imprimis sicut singulis mensibus communicare, ita & confiteri consultum est. Deinde post peccatum grave, mox ad pœnitentiam & confessionem recurrendum est.

Singulis
mensi-
bus.

Confessio menstrua, & in principalioribus festis suaderetur, tum propter eximios illius fructus paulò ante enarratos, nempe remissionem peccatorum, pœnarum, &c. Tum quia decet ijs diebus in reverentiam Dei & Sanctorum conscientiam ab omni nævo expurgare.

Post pec-
catum.

Confessio immediatè post peccatum, id est, proximè datâ occasione æquè suadetur propter gravissima dilatae Confessionis pericula, præcipuè propter imminens jam interitûs & damnationis æternæ periculum, ut dicetur *inf. in Exhort.*

RECAPITULATIO.

HÆc de Effectibus & fructibus pœnitentiæ. Item quomodo, quoties, & quan-

quando confitendum, summa est. (1.) Fructus præcipui sunt hi, remissio peccatorum, & poenarum, recuperatio gratiæ, auxilia specialia, & reviviscentia meritorum. (2.) Quos copiosius consequitur, qui perfectius est dispositus, (3.) Igitur perfectè complendi actus pœnitentiæ, &c. (4.) Ex obligatione confitendum singulis annis semel, & in articulo mortis, & ante susceptionem Sacramentorum. (5.) Ex devotione singulis saltem mensibus, & quoties graviter peccatur.

EXHORTATIO.

Discimus hîc Charissimi primò, singulos Confessionis effectus seu fructus accuratè considerare, indèque infinitam Omnipotentis Dei misericordiam magnificare, licet enim immanis sit ingratitude, & infinita injuria in Deum, quòd homo vilissimus tam impudenter audeat peccatis suis dehonore Divinam Majestatem, quòd gratiam & sanctitatem in baptismo acceptam tam leviter prodigat, nihilominus ex ineffabili sua misericordia alterum delendi peccata & gratiam recuperandi medium contulit Sacramentum pœnitentiæ, per quod remittantur peccata omnia tam mortalia, quam venialia, &c.

Discimus
i. considerare effectus &c.

Disci-

2. Ideoq;
devotè
confiteri.

Discimus secundò, quia juxta fervorem actuum poenitentiae dantur dicti effectus, infunditur gratia, & remittuntur poenae temporales, &c. idcirco, quàm perfectissimâ intentione, devotioneqûe eisdem exhibere actus. Fructuosissimæ industriæ est, tanto spiritu singulas perficere Confessiones, ac si una quæque foret ultima.

3. Maximè in Paschate.

Discimus tertio, Confessionem annuam nunquam differre, sed statuto tempore Pastori suo vel alij ab illo determinato sincerè confiteri, tum propter prædictos effectus: tum ad obediendum S. Matri Ecclesiæ, quæ maximè id tempore Paschali suadet, similiter in agone, & quotiescûnque confitendi præceptum urget, &c.

4. Imò singulis mensibus.

Discimus quartò, singulis mensibus & festis confiteri, maximè verò statim post commissum aliquod peccatum grave. Motiva sunt toties allegati fructus, & plurima, horrendaque differentium pericula.

Nec diu differre.

1.

1. Diu differens semper in præsentissimo salutis discrimine versatur; hora enim mortis incerta, & sæpè incautos opprimit.

2.

2. Ipse status inimicitiae Dei omnino tempore est homini abhorrendus, optamus quisque filius non sustineret vel ad horam

horam vivere in offensa Patris, & quia
muero Divinus cervici peccatoris semper
incumbit.

3. Diu differens diu nil meretur; opera
enim, quæ in peccato facit, sunt mortua.

4. Periculum semper novum adjicien-
di peccatum; peccatum namque, quod
pœnitentia non diluit, ipso suo pondere
mox ad aliud trahit. *S. Greg.*

5. Diu differens periculo se exponit sa-
cilegè confitendi, propter defectum no-
titiae peccatorum, contritionis, &c.

6. Perpetuum nutrit vermem conscien-
tiæ.

7. Econtra crebrius confitens morali-
ter quasi certus est de salute, quia faciliter
acquirat, & conservat statum gratiæ, pro-
pter contritionem, cui crebro assuevit.
Rursus sæpius confitens securus est, se in-
tegram, perfectamque confessionem face-
re, propter recentem memoriam, facilita-
tem contritionis, &c. Rursus magis illu-
stratur, ut radices peccatorum tollat, pra-
vas inclinationes. Rursus magis cautè
ambulat, & citius resurgit propter gra-
tiam Sacramentalem; nunquam enim re-
mittitur peccatum, quin simul nova in-
fundatur gratia. Rursus magnam acqui-
rit Conscientiæ tranquillitatem. Rursus
semper quasi ad mortem paratus est; Rur-
sus

fus, resipiscens & confitens peccata gaudium parit Angelis. *Luc. 15. v. 7.* Ipsique Christo: Congratulamini mihi, &c. *Ibid. vers. 5.*

8. Denique suaderetur à simili: homo sæpius everrit hypocaustum suum, ne locus, in quo versatur, sit immundus, atqui anima nostra est Templum Spiritus Sancti, &c. A veste pretiosa omnes maculae mox eluuntur, cur non à conscientia? &c. Onere gravi expeditus lætus incedit, at per Confessionem liberamur sacrinā peccatorum, &c. Sicut aranea vitat cubile, quod sæpè purgatur, ita dæmon videns frequenti confessione caput suum calcari, fugit, &c. Sicut ægro nil utilius, quàm præsencia medici, ita peccatori, &c. Sicut coma, quæ rarò pestitur, difficulter explicatur, ita conscientia, &c.

Objectiones contra Confessionem crebram.

Obiectio

1. impedior, &c.

2. Nil proficiunt alij.

3. Nec ego.

Objectiones contra frequentiore Confessionem.

Obiectio prima: Impedior negotijs.

Sed refutatur supra: *Cat. 6. quoties & quando communicandum.*

Secunda: Video plures inde nil proficere.

Sed refutatur *ibid.*

Tertia: Nec ipse me sentio proficere semperque in antiqua relabor peccata.

Refut.

Refutatur *ibid.* Addo 1. cum Thoma de Kempis : si toties proponis & iterum cadis , quid fieret , si nunquam proponeres ? 2. Saltem hunc sequi fructum , ut citius doleas de peccatis , &c. Quod hâc similitudine ostendit Eremita ; si bina vasa luto impleas , unum verò quotidie eluas , in altero verò lutum obdurescere sinas , facilius utrique illud , quàm hoc expurgas.

Quarta : Erubescō.

4. Erubescō.

Annon facilius scelera sua Sacerdoti clam in aurem dicere , quàm de ijs in die novissimo coram omni hominum multitudine confundi ?

Sed erubescō cum ijsdem semper redire peccatis ?

Christus semper peccatores recipit , Pater est : Venite ad me omnes , &c.

Quinta : Horreo pœnitentiam & emendationem. 5. Horreo, &c.

Hæc verissima apud pleròsque causa est , sed oportet cogitare , quàm periculosum & horrendum sit Deum habere inimicum , &c. Oportet quòque cogitare gratias Sacramenti , patrociniæ B. V. & Patronorum , &c.

Repeto igitur Charissimi , agnoscite longè miserrimam peccatoris conditionem , agnoscite & præsentem mali medicinam,

D d

cinam, pœnitentiam, &c. Nec mora multo dolore, multaque fide & fiduciâ accedite illos, qui quoties ad hoc requiruntur, dicere possunt: Ego te absolvo, &c.

Vide etiam *Catechesin* 6. quoties & quando communicandum. & *Cat.* 9. quoties & quando audienda Missa.

HÆRETICI.

NOvatiani, Waldenses, Lutherus, Calvinus, & alij negant per Sacramentum pœnitentiæ seu Confessionem peccata dimitti.

Sed refutati sunt suprâ.

Dæmon
vidit effectus
pœnitentiæ, &c.

HISTORIÆ.

REfert Collector speculi *V. Confes. exemp.*
13. Sacerdotem quendam tempore quadragesimali suorum Confessiones ex cepisse, tandem intrâsse & dæmonem, habitu juvenili, enormiâque scelera confessum, ita ut exhorrescens Sacerdos diceret, quis es tu? cui ille: Ego sum dæmon, & unus ex hic, qui cum Lucifero ceciderunt. Quid autem tibi cum confessione? stabam ex opposito tui, vidique peccatores ad te accedere, & justos redire, auscultans valde diligenter, quid illi dixerint, quidve eis responsum sit à te, & quod post gravia peccata promittitur eis indulgentia, vitæque

que
seq
Sac
age
tiam
dic
vit
pœ
ret
hi
mil
fufc
tan
tam
rece
futu
bili
illis
Nih
ver
eni
men
retu
bon
C
fua
Spec

que æterna; ego verò sperans idem consequi, veni peccatu mea confiteri. Cui Sacerdos, si volueris uti consilio meo, & agere pœnitentiam, similem indulgentiam consequêris; jacta te in terram, & dic: Domine Deus Creator metis, peccavi tibi, ignosce mihi, hoc solummodò sit pœnitentia tua. Cùmque Diabolus diceret: Non possum hoc facere, nimis est mihi grave, non possum in tantum me humiliare, aliud quidquid injunxeris, libens suscipiam. Tunc indignatus Sacerdos, si tanta est cordis tui superbia, ut nolis in tam modico te humiliare Creatori tuo, recede à me, quia neque hîc, neque in futuro misericordiam ab illo consequêris.

Adjuratus aliquando Dæmon in visibili forma à Magistro Thoma, ecquid illis potissimum displiceret; respondit: Nihil est, quod vires nostras magis enervet, quàm frequens Confessio; quando enim homo in peccatis est, omnia ejus membra ligata sunt; cùm verò ea confiteretur, statim liber est, & mobilis ad omne bonum. *Flor. Exempl. V. confessio. exemp. 15.*


Confessione Novitius quidam peccata sua ex charta Diabolica omninò delevit. *Specul. exempl. 17.*

Alias
etiam
dæmon.

Confessio
delet pec-
cata.

Testimo- Peccare volenti Christus apparere, &
nio ipsius confiteri monet, ut potestatem Diaboli
Christi. effugiat. *Exempl. 25.*

Pœniten- Chrysorius pœnitentiam differens fru-
tiam ma- strâ petit inducias usque mane. *Specul.*
le differt *Exempl. verbo. mors. exemp. 3. ex lib. 4. dial.*
Chryso- *S. Greg. c. 28.*
rius.



CATECHESIS IV. De Indulgentijs.

SUMMA QUÆSTIONUM.

1. Quid est Indulgentia?
2. Quomodo fit indulgentia, seu remissio pœnæ?
3. Quis habet potestatem conferendi indulgentias?
4. Quomodo intelligendum est, quando datur indulgentia v. g. decem annorum, mille dierum?
5. Quotuplices sunt indulgentiæ?
6. Quid agere oportet, si quis indulgentias consequi velit?
7. An potest quis eodem die sapius lucrari indulgentias, si sapius repetat opera præscripta?
8. Num indulgentias alij etiam lucrari possumus?
9. Quid est Jubileum?

MISCELLANEA.

An solæ pœnæ per indulgentias remittuntur?
 Num Papa juxta placitum potest dare indulgentias?
 Quo.